

loquio scribitur: *Theologos A. C. saltem eam communicationem indigitare, quae fit secundum conjunctionem, qua divina & humana natura in Christo personaliter invicem secum jungantur, & quam nemo Reformatorum tam jejunus sit, qui sollicitet. Nam, ut a postremo incipiamus, nullum est dubium, Reformatos in hanc sententiam facillime descensuros, Communicationem nihil aliud esse, quam conjunctionem duarum naturarum. Non enim nunc demum ita sentire incipiunt, sed dudum id professi sunt, sine non alio, quam ut revera communicationem tollant, & tamen, ut nobiscum loquantur, communicationis vocabulum servant, re ipsa sub communicatione solam & meram junctionem naturarum intelligentes. Antecessores TUBINGENSES tales eorum sententias & effata in magna copia collegerunt, in der Schluß-Rede p. 71. 100. & alibi, ut iis enumerandis supersedere nobis integrum sit. Ita HEIDELBERGENSES: *Wie solten wir lehren, daß die Menschliche Natur mit der Göttlichen keine Gemeinschaft habe, da doch alle unsre Bücher voll seyn, daß die Göttliche und Menschliche Natur Christi zusammen in einer Person vereinigt sind, oder könnte auch irgend eine genauere Gemeinschaft zwischen 2. Dingen seyn, als wenn sie beyde miteinander eine Person seyn?* Ita NEOSTADIENSES: *Realissime & arctissime communicata est Deitate humanitas, & humanitati Deitas, id est, UNITA.* HEIDELBERGENSES TURFUS: *Will man die Gemeinschaft also verstehen, daß sie sey die heimliche Vereinigung der beyden Naturen in Christo, und die erschaffene Gleichförmigkeit mit der Gottheit, oder die Gaben des H. Geistes, so gläuben, bekennen und vertheidigen wir diese Gemeinschaft wieder alle Ketzer.* TOSSANVS: *Nicht weniger ist es falsch, als solten unsere Kirchen lehren, daß die menschl. Natur mit der Gottheit in der That und Wahrheit nicht Gemeinschaft habe, wenn du nemlich, in massen die alte rechtgläubige Kirche thut, die persönliche Vereinigung verstehest, welche wir denn für thätlich und wahrhaftig erkennen und halten.* BEZA: *Communio- nem realem, id est, unionem naturarum admittimus, in qua manent singu-**

singu-